

**MASS PROPER: FIFTH SUNDAY AFTER PENTECOST**

MASS *Exáudi, Dómine* (green)

**INTROIT Psalms 26: 7-9**

Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: adjútor meus esto, ne derelínquas me, neque despícias me, Deus salutáris meus. (Ps. 26: 1)  
Dóminus iiluminátio mea, et salus mea quem timébo? Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Exáudi, Dómine, vocem meam, qua clamávi ad te: adjútor meus esto, ne derelínquas me, neque despícias me, Deus salutáris meus.

**COLLECT**

Deus, qui diligéntibus te bona invisibília præparásti: infúnde córdibus nostris tui amóris afféctum; ut te in ómnibus, et super ómnia diligéntes, promissiónes tuas, quæ omne desidérium súperent, consequámur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**EPISTLE 1 Peter 3: 8-15**

Carissimi: Omnes unánimes in oratióne estóte, compatiéntes, fraternitátis amatóres, misericórdes, modésti, húmiles: non reddéntes malum pro malo, nec maledíctum pro maledícto: sed e contrário benedicéntes: quia in hoc vocáti estis, ut benedictiónem hereditáte possideátis. Qui enim vult vitam dilígere, et dies vidére bonos, coérceat linguam suam a malo, et lábia ejus ne loquántur dolum. Declínet a malo, et fáciat bonum: inquírat pacem, et sequátur eam. Quia óculi Dómini super justos, et aures

Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee: be Thou my helper, forsake me not, nor do Thou despise me, O God, my Savior. (Ps. 26: 1) The Lord is my light, and my salvation, whom shall I fear? Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. Hear, O Lord, my voice with which I have cried to Thee: be Thou my helper, forsake me not, nor do Thou despise me, O God, my Savior.

O God, Who hast prepared for them that love Thee good things unseen: pour into our hearts such love towards Thee, that, loving Thee in all and above all, we may obtain Thy promises, which exceed all that we can desire. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved: Be ye all of one mind, having compassion one of another, being lovers of the brotherhood, merciful, modest, humble, not rendering evil for evil, nor railing for railing, but contrariwise, blessing: for unto this you are called, that you may inherit a blessing. For he that will love life and see good days, let him refrain his tongue from evil, and his lips that they speak no guile. Let him decline from evil and do good; let him seek after peace, and pursue it: because the eyes of the Lord are upon the just, and His ears unto their prayers, but

ejus in preces eorum: vultus autem Domini super facientes mala. Et quis est qui vobis noceat, si boni aemulatores fueritis? Sed et si quid patimini propter justitiam, beati. Timorem autem eorum ne timeatis: et non conturbemini. Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris.

**GRADUAL Psalms 83: 10, 9**

Protector noster aspice, Deus: et respice super servos tuos. Domine Deus virtutum, exaudi preces servorum tuorum. Alleluja, alleluja. (Ps. 20: 1) Domine, in virtute tua laetabitur rex: et super salutare tuum exsultabit vehementer. Alleluja.

**GOSPEL Matthew 5: 20-24**

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nisi abundaverit justitia vestra plus quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum. Audistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occideret, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo: raca, reus erit concilio. Qui autem dixerit: fatue: reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris, quia frater tuus habet aliquid adversum te: relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo: et tunc veniens offeres munus tuum.

**OFFERTORY Psalms 15: 7-8**

Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: provideram Deum in conspectu meo semper: quoniam a dextris est mihi, ne commovear.

the countenance of the Lord is against them that do evil things, And who is he that can hurt you, if you be zealous of good? But if also you suffer anything for justice' sake, blessed are ye. And be not afraid of their fear, and be not troubled: but sanctify the Lord Christ in your hearts.

Behold, O God our protector, and look on Thy servants. O Lord God of hosts, give ear to the prayers of Thy servants. Alleluia, alleluia. (Ps. 20: 1) In Thy strength, O Lord, the king shall rejoice; and in Thy salvation he shall rejoice exceedingly. Alleluia.

At that time Jesus said to His disciples: Except your justice abound more than that of the Scribes and Pharisees, you shall not enter into the kingdom of Heaven. You have heard that it was said to them of old: Thou shalt not kill and whosoever shall kill, shall be in danger of the judgment. But I say to you, that whosoever is angry with his brother, shall be in danger of the judgment and whosoever shall say to his brother: Raca, shall be in danger of the council; and whosoever shall say: Thou fool, shalt be in danger of hell fire. If therefore thou offer thy gift at the altar, and there thou remember that thy brother hath anything against thee, leave there thy offering before the altar, and go first to be reconciled to thy brother; and then coming thou shalt offer thy gift.

I bless the Lord Who counsels me; I set God ever before me; with Him at my right hand I shall not be disturbed.

**SECRET**

Propitiare, Domine, supplicationibus nostris: et has oblationes famulorum famularumque tuarum benignus assume; ut, quod singuli obtulerunt ad honorem nominis tui, cunctis proficiat ad salutem. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

**COMMUNION Psalms 26: 4**

Unam petii a Domino, hanc requiram: ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitae meae.

**POSTCOMMUNION**

Quos caelesti, Domine, dono satiasti: praesta, quaesumus; ut a nostris mundemur occultis, et ab hostium liberemur insidiis. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia saecula saeculorum.

Be merciful, O Lord, to our humble pleading: and favorably receive these offerings of Thy servants and handmaidens, that what each of us has offered to the honor of Thy name, may profit us all unto salvation. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

One thing I have asked of the Lord, this I will seek after; that I may dwell in the house of the Lord all the days of my life.

Thou hast filled us with thy heavenly gifts, O Lord: grant, we beseech Thee, to cleanse us from our hidden faults, and deliver us from the snares of our enemies. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.